

præclarissimi viri electione par est devotio, unus àd idemque assensus, in nullo dissimilitudine acclamatio; sed sicut nobis est unus Deus, una fides, unumque baptisma, ita et nobis omnibus in supradicti electione pontificis ordinis consecratione atque substitutio nunc est per omnia velle, et nullum extraneum appetere, quin totius Ecclesiæ voce præsenti decreto concorditer et consonanter conclamando, virum memoratum, non simplici, sed multiplici sermone cordis et corporis devotione nobis pastorem eligere, eumque idoneum, quantum nostræ fragilitati nosse conceditur, tanto pontificio esse, sicut voce fatentur, ita etiam omnium nostrorum subscriptionibus devotissime roboramus, et communis adnotationis decreto, Dei misericordia præduce diuturnitate temporum nobis pastorem habendum eligimus et optamus, more quoque canonico sub gestorum serie confir- mamus.

**A** Epistola vocatoria metropolitani pro consecratione episcopi electi.

III. Dilectissimis fratribus et filiis presbyteris, diaconis, honoratis, clericis, et possessoribus, vel cunctæ plebi illius Ecclesiæ, simulque vocato episcopo illi, M. auxiliante Domino metropolitano sancta sedis apostolice illius. Dilectionem vestram salubriter alloquimur, quia prædictum talen a vobis electum episcopum, virum, venerabilem, tali Ecclesiæ ordinare compellimus, laudemus et honoremus Iesum Christum, ut qui vobis hanc electionis devotionem dedit, nobis quoque perficiendi tribuat facultatem. Jam fatum virum religiosa violentia te- bete, et ad sanctam nostram sedem il. perducere festinate; qui forte magis dignior erit, si se occultare voluerit. Ob quam rem hanc direximus admonitionem, quemadmodum optime placuit sancte synodo episcoporum sine vocatoria suscipi non debere, ne B obscuritas dubia ordinationis incurrat.

## FORMULÆ VETERES EXORCISMORUM ET EXCOMMUNICATIONUM.

### STEPHANUS BALUZIUS TUTELENSIS

IN UNUM COLLEGIT, MAGNAM PARTEM • NUNC PRIMUM EDIDIT, RELIQUAS EMENDAVIT.

#### I.

**B** E N D E C T I O V E L E X O R C I S M U S A Q U A E  
C A L I D Æ S E U F R I G I D Æ I N Q U A M A N U S A D J U-  
D I C I U M M I T T I T U R .

Cum homines vis mittere ad comprobationem judicii  
nique calidæ, primum fac eos intrare cum omni humili-  
tate in ecclesia; et prostratis in oratione, dicat sacerdos  
has orationes.

#### Prima oratio

Auxiliare, Domine, querentibus misericordiam tuam, et da veniam conscientibus. Parce supplicibus, ut qui nostris meritis flagellamur, tua miseratione saltemur. Per.

#### Secunda oratio.

Quæsumus, omnipotens Deus, afflicti populi lacry-  
mas respice, et iram tue indignationis avertie, ut qui  
reatum nostræ infirmitatis aguoscimus, tua consola-  
tione liberemur. Per.

#### Tertia oratio.

Deus, qui conspicis omni nos virtute destitui, interius exteriusque custodi, ut et ab omnibus ad-  
versitatibus muniamur in corpore et a pravis cogita-  
tionibus mundemur in mente. Per.

His orationibus compleatis, surgat pariter, et coram  
hominiis illis cantet presbyter missam, et faciat eos  
ad ipsam missam offerre. Cum autem ad communionem  
venient, antequam communicent, interroget eos sacer-  
dos cum adjuratione et dicat:

Adjuro vos, homines, per Patrem et Filium et  
Spiritum sanctum, et per vestram Christianitatem  
quam suscepistis, et per unigenitum Dei Filium, quem  
Redemptorem creditis, et per sanctam Trinitatem,  
et per sanctum Evangelium, et per reliquias quæ in  
ista sancta ecclesia sunt recondite, ut non pre-  
sumatis illo modo ad istam sanctam communionem  
accedere nec sumendo communicare si hoc vel illud  
licetis, aut consensistis, aut aliquam veritatem inde  
scitis, seu qui hoc egit hostis.

**C** Si autem tacuerint, et nullam inde professionem di-  
zerint, accedat sacerdos ad altare, et communicet  
more solito, postea vero communicet illos. Cum autem  
communicant ante altare, dicat sacerdos: Corpus hoc  
et sanguis Domini nostri Iesu Christi sit vobis ad  
comprobationem hodie. Expleta missa, descendat sa-  
cerdos ad locum destinatum, ubi ipsum examen per-  
agatur. Defterat secum librum Evangeliorum et crucem,  
et cum modicam letaniam; et cum compleverit ipsam  
letaniam, exorcizet et benedicta aquam ipsam antequam  
ferret, ita dicendo:

Exorcizo te, creatura aquæ, in nomine Dei Patris  
omnipotentis, et in nomine Iesu Christi Filii ejus  
Domini nostri, ut has aqua exorcizata ad effugandam  
omnem potestatem inimici et omne phantasma dia-  
holi; ut si hic homo, qui manum suam in te missurus  
est innocens exsisterit de hac culpa unde reputatur,  
pietas Dei omnipotentis liberet eum; et si, quod ab-  
sit, culpabilis est, et presumptiose in te magnum  
mittere ausus fuerit, ejusdem omnipotentis virtus  
super eum hoc declarare dignetur, ut omnis homo  
timeat et contremiscat nomen sanctum gloriae Domini  
nostrí, qui vivit et regnat Deus per omnia æcula.

#### Oratio.

Domine Iesu Christe, qui es index justus, fortis,  
et patiens, et multum misericors, per quem facta  
sunt omnia, Deus deorum et Dominus dominantium,  
qui propter nos homines et propter nostram salutem  
de sinu patrii descendisti, et ex virginе Maria car-  
nem assumere dignatus es, et per passionem tuam  
mundum in cruce redemisti, et ad inferos descen-  
disti, et diabolum in tenebris exterioribus colligasti,  
et omnes justos, qui originali peccato ibidem detine-  
bantur, magna potentia tua exinde liberasti, tu Do-  
mine, quæsumus, mittere digneris Spiritum tuum  
sanctum ex summa coeli arce super hanc creaturam  
aque, quæ ab igne servescere atque calescere vide-  
tur, ut rectum iudicium per eam super hunc homi-  
num nomine illo comprobet ac manifestet. Te, Do-  
mine Deus, supplices deprecamur, qui in Cana Gali-

lare signo admirabili tua virtute ex aqua vinum fecisti, et tres pueros Sidrac, Misac, et Abdenago de camino ignis ardoris illatos eduxisti, et Susannam de falso crimine liberasti, ex quo nato oculos aperuisti, Lazarum quatriduanum a monumento suscitasti, et Petro mergenti manum porrexisti, ne respicias peccata nostra in hac oratione, sed tuum verum et sanctum judicium coram hominibus in hoc manifestare digneris, ut si hic homo pro hac reputationis causa, surto videbaret, vel homocidio, aut adulterio, vel luxuria, aut pro qualibet causa culpe modo ad presens manum suam in hanc aquam igne ferventem miserit, et culpabilis ex hac causa non est, hoc ei praestare digneris ut nulla lesio vel macula in eadem manu appareat, per quam sine culpa calumniam incurrit.

Iherum te, Deus omnipotens, nos indigni et peccatores famuli tui suppliciter oramus ut sanctum, verum et rectum judicium tuum nobis in hoc etiam manifestare digneris, quatenus hic homo ex hac reputationis causa, si per aliquod maleficium, diabolus instigante, aut cupiditate vel superbia incitante, culpabilis est in facto vel in consensu, et hoc comprobacionis judicium subvertere vel violare voleas, malo consilus ingenio, manum suam in hanc aquam presumptuose mittere ausus fuerit, tua pietas latenter hoc declarare dignetur ut in ejus manu dignosci quod iniquitate egit, et ut ipse deinceps per veram confessionem penitentiam agens ad emendationem perveniat, et judicium tuum sanctum et verum in omnibus gentibus declaretur per te, Redemptor mundi, qui venturus es judicare vivos et mortuos et seculum per ignem. Amen.

#### ITEM ALIUS EXORCISMUS.

Te autem, creatura aquae, adjuro te per Deum vivum, per Deum sanctum, qui te in principio separavit ab arida; adjuro te per Deum vivum, qui te de fonte paradisi manavit et in quatuor fluminibus exire jussit et totam terram rigare praecepit; adjuro te per eum qui te in Cana Galilee sua potentia convertit in vinum, qui super te suis sanctis pedibus ambulavit, qui tibi nomen imposuit Siloh; adjuro te per Deum qui in te Nahaman Syrum sua lepra mundavit dicens: Aqua sancta, aqua benedicta, aqua que lavas surdes et mundas peccata; adjuro te per Deum vivum ut te mundum exhibeas nec in te aliqua phantasma retinas, sed efficiaris sors exorcitus ad effugandum et evacuandum et comprobandum omnem mendacium et investigandum et comprobandum omnem veritatem, ut iste qui in te manum miserit, si veritatem et justitiam habuerit, nullam lesionem in te accipiat; et si mendacium habet, appareat manus ejus igne combusta; ut cognoscant omnes homines virtutem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est cum Spiritu sancto judicare vivos et mortuos et seculum per ignem. Amen.

Post hanc exhalum vestimentis suis, et induit ex vel eos vestimentis mundis de ecclesia, id est, indumento de exorcista aut de diacono, et faciat eos, vel eum, osculari Evangelium et crucem Christi, et aspergat super eos de aqua ipsa; et ipsi qui intraveri sunt ad Dei examen, det illis omnibus bibere de ipsa aqua benedicta. Cum autem dederit, unicuique dicat: Hanc aquam dedi tibi, vel vobis, ad probationem hodie. Deinde imponantur ligna subtiles caldarla, et dicat sacerdos has orationes quando ipsa aqua calescere ciperit:

In nomine sancte Trinitatis. Deus iudex, justus, fortis, et patiens, qui es auctor et creator clementis et misericors, et judicas equitatem, tu judica qui jussisti rectum judicium facere, et respicias super terram, et facias eam tremore. Tu Deus omnipotens, qui per adventum unigeniti Filii tui Dominum nostri Iesu Christi mundum redemisti, qui per ejus passionem genus humanum subvenisti et salvasti, tu hanc aquam ferventem sanctifica. Qui tres pueros, id est, Sidrach, Misach et Abdenago, sub rege Babylonis Nabuchodonosor in camino ignis accusa fornace

A salvasti, et illatos per angulum tuum eduxisti, tu, clementissime Dominator, praesta ut si quis innocens ab hujusmodi culpa seu causa sive reputatio homicidii, adulterii, latrocini fuerit, et in hanc aquam manum miserit, salvam et illasam inde educas. Qui tres pueros supradictos et Susannam de falso crimine liberasti, ita, Domine omnipotens, si culpabilis fuerit, et incrassata diabolo cor obduratum, manum in hujus tui elementi ferventis creaturam miserit, tua veritas hoc dedaret [Leg. declarat], ut in corpore manifestetur, et anima per penitentiam salveret. Et si ex hoc scelere culpabilis fuerit, et per aliquod maleficium aut per herbas aut per diabolicas incantationes hanc peccati sui culpam occultare voluerit, vel tuam justitiam contaminare vel violare se posse crederit, magnifica tua dextera hoc malum evanescat et omnium rei veritatem demonstret. Per te, clementissime Pater, qui vivis et regnas in trinitate perfecta. Per omnia.

#### ALIA.

Oremus. Deus qui beatam Susannam de falso crimine liberasti, Deus qui beatam Iheclam de spectaculis liberasti, Deus qui sanctum Daniela de laconum liberasti, et tres pueros de camino ignis ardoris eripuisti, tu libera innocentes, et con ignis factores. Per Dominum nostrum.

Et qui manum mittit in aquam ad ipsum examen, dicat orationem Dominicam, et signet se signculo crucis, et festine deponatur ipsa aqua servans desuper juxta ignem, et iudex perpendat ipsam lapidem illigatam ad mensuram illius. infra ipsum aquam more solito; et sic inde extrahat eam in nomine Domini ipse quod intrat ad examen iudicij. Postea cum magna diligentia sic fiat involuta manus sub sigillo iudicis signata usque in die tertio, quo visa sit viris illo eius et estimata.

#### II.

#### JUDICIO AQUÆ FRIGIDEÆ.

Cum homines vobis mittere ad judicium aquæ frigideæ ob comprobacionem ita facere debes. Accipe illos homines quos vis mittere in aquam, et deduc eos in ecclesiam, et coram omnibus illis cantet presbyter missam, et fac eos ad ipsam missam offerre. Cum autem ad communionem venerint, antequam communicent, interroget eos sacerdos cum adjuratione, et dicat: Adjuro vos, homines, per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, et per vestram Christianitatem quam susceptis, et per unigenitum Dei Filium, et per sanctam Trinitatem, et per sanctum Evangelium, et per illas sanctas reliquias que in ista ecclesia sunt, ut non presumatis illo modo communicare, neque accedete ad altare si hoc fecistis aut consenseritis, aut scitis qui hoc egerit. Si autem omnes tacuerint, et nullus confessus fuerit, accedat sacerdos ad altare, et communice, separatis illis qui examinandi sunt. Postea vero communicent illi quos vult in aquam mittere. Cum enim communicant, dicat sacerdos per singulos ante altare: Corpus hoc et sanguis Domini nostri Iesu Christi sit tibi ad probationem hodie ad laudem et gloriam nominis sui et ad Ecclesie sue utilitatem. Expleta missa, facial sacerdos aquam benedicem, et deferat eam ad locum examinis, ubi homines probatur. Cum autem venerit ad ipsum locum, letaniam faciente omnibus pro eadem causa Dominum deprecatus, et examinandis bibere de aqua illa benedicta. Cum autem dederit, unicuique dicat: Hanc aqua domini sit tibi ad probationem hodie per Dominum nostrum Iesum Christum, qui est verus iudex et justus. Deinde conjurati aquam ubi mittendi sunt. Post coniunctionem autem aquæ, exhalum vestimentis ubi, et faciat illos per singulos osculari sanctum Evangelium et crucem Christi. Et post hanc de ipsa aqua benedicte aspergat super unumquaque hominem, et projicit eam statim per singulos in aquam. Hac autem omnia facere debet jejunio; neque illi antea comedant qui ipsos militant in aqua.

*Conjuratio aquæ.*

Adjuro te, aqua, in nomine Dei Patris omnipotenti, qui te in principio creavit, quique te segregavit ab aquis superioribus, et jussit te servire humanis necessitatibus. Adjuro te etiam per invisibile et ineffabile nomen Christi Jesu, Filii Dei vivi omnipotens, sub cuius pedibus te calcabilem prebui, qui etiam in te baptizari dignatus est, et suo baptismate consecravit. Adjuro etiam te per Spiritum sanctum, qui super Dominum in te baptismatum descendit, qui te invisibili sanctificatione sacramentum ad animarum purgationem inenarrabiliter constituit sacramentum, per quam olim et populus Israeliticus nescius pedibus transivit, et ex aqua ferrum, quod casu ceciderat, Eliæus divina virtute contra naturam natans in suo manubrio redire fecit, ut nullo modo aspicias hunc hominem, si in aliquo culpabilis est ex hoc quod illi objicitur, scilicet aut opere, aut consensu seu conscientia, vel qualibet ingenio; sed per virtutem Domini Jesu Christi rejice ex te, et fac illum B naturam super te, quatenus cognoscant fideles Christi nullum maleficium, nullum præstigium divinae virtutis posse resistere quod non deterrit fiat et omnibus manifestum. Adjuro etiam te per virtutem ejusdem Domini nostri Jesu Christi ut laudem illius cui omnis creatura servit, et cui coelestis exercitus famulatur clamans *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercitum*, ut nobis adjuantibus et ejus misericordiam obseruantibus obedias, qui regnat et dominatur per infinita sæcula sæculorum. Amen.

*Hominis conjuratio.*

Adjuro te, homo, et contestor per Patrem et Filium et spiritum sanctum, et per sanctam et individuum Trinitatem, et per omnes angelos et archangeli, et per omnes principatus et potestates, dominationes quoque et virtutes, et per Dei sedilia cherubim et seraphin, et per diem tremendum iudicii Dei, uenientem et viginti quatuor seniores qui quotidie laudent Deum, et per quatuor evangelistas, et per sanctos quoque apostulos, martyres et confessores, neenon et per sanctam genitricem Dei Mariam, omnesque virginis, et per omnium populum sauctum Dei, vel per sanctum baptismatum in quo renatus es, si hoc malum sociisti ex quo culparis, vel assensum præbueris, aut bajulasti, aut in domum tuam recipisti, aut inde concubias aut consentaneas exististi, coram omnibus dicio. Quod si, diabolo suadente, celare dispuseris, et culpabilis exinde es, evanescat cor tuum increatum et induratum, et non suscipiat te aqua increduliu et seductum; ut dicat populus quia Deus noster Iudex est, cuius potestas in sæcula sæculorum. Amen.

*Post conjurationem aquæ exuat illos vestimentis illorum, et osculari sanctum Evangelium et sanctam crucem fratrum; et sanctificatis omnes aqua benedicta cum timore et reverentia, fidus de ejus clementia, proficit in aquam.*

*ALIO MODO.*

Deus iudex, justus, fortis, et patiens, qui es auctor et amator iustitiae, qui judicas æquitatem, judica, Domine, quod justum est, quia recta tua iudicia sunt. Qui respicis uerum terram, et facis eam tremere, tu, Domine omnipotens, qui per adventum Filii tui Domini nostri Jesu Christi mundum salvasti, et per ejus passionem genus humanum redemisti, tu hanc aquam per ignem ferventem sanctifica. Qui tres pueros, id est, Sidrach, Misach, Abdenago, iussi regis Babylonis missos in caminum ignis servasti, tu, clementissime, praesta ut si quis innocens in hanc aquam ferventem manum mittat, sicut tres pueros

a Hoc iudicium autem, petente domino Ludovico imperatore, constituit beatus Eugenius, præcipiens ut omnes episcopi, comites, abbates, omniisque populus Christianus, qui infra ejus imperium est, hoc

A supradictos de camino ignis eripisti, et Susanam de falso criminis liberasti, i a Domine, manum illius salvam et illæsam perducas. At si quis culpabilis, incrassante diabolo cor induratum, præsumperit manum militare, tua justissima pietas hoc declarare dignetur, ut in ejus corpore tua virtus manifestetur, et anima illius per poenitentiam salvetur.

Deus iudex justus, qui auctor pacis es, et judicas sequitatem, te suppliciter rogamus ut hoc ferrum ordinatum ad justam examinationem ejuslibet dubitacionis faciendo benedicere et saeculare digneris, ita ut si innocens de præsumpta causa, unde purgatio querenda est, hoc ignitum in manus acceperis, illæsus appareas, et culpabilis atque reus, justissima sit ad hoc virtus tua in eo cum virtute declarandum, quatenus iustitia non dominetur iniquitas, sed subdat salutis æquitati, per Dominum nostrum, etc.

*III.**INCIPIT EXORCISMUS AQUÆ AD JUDICIUM DEI DEMONSTRANDUM.**Ex Ordine Dunstani archiepiscopi Dubrobernonensis.*

Peractis coram sacerdote trium dierum jejuniorum, cum homines vis militare ad iudicium aquæ frigidæ ob comprobationem, ita facere debes. Accipe illos homines, quos vis mittere in aquam, et duc eos in ecclesiam, et coram omnibus illis cantet presbyter missam et faciat eos ad ipsam missam offere. Cum autem ad communionem renerint, ante quam communicent, interrogue eos sacerdos cum adjuratione et dicat: Adjuro vos illi, et illi, per Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, et per vestram Christianitatem quam suscepistis, et per unigenitum Dei Filium, et per sanctam Trinitatem, et per sanctum Evangelium, et per istas sanctas reliquias quae in ista ecclesia sunt, et per illud baptismum quo vos sacerdos regeneravit, ut non præsumatis ullo modo communicare neque accedere ad altare si hoc fecistis aut consensistis, aut sciatis quis hoc egir. Si autem tacuerint, et nulli hoc dixerint, accedas sacerdos ad altare et communice. Postea vero communicet illos quos vult in aquam militare. Cum autem communicaverint, dicat sacerdos ante altare per singulos: Corpus hoc et sanguis Domini nostri Jesu Christi sit vobis ad probationem hodi.

*INCIPIT MISSA JUDICI.*

*Antiphona.* Justus es, Dominus, et rectum iudicium tuum, lac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam. *Psalm.* Beati immaculati.

*Oratio.*

Absolute, quæsumus, Domine, tuorum delicta famulorum, ut a peccatorum suorum nexibus, que pro sua fragilitate contraxerunt, tua benignitate liberentur, et in hoc iudicio protuluerunt, tua justitia præveniente, ad veritatem censuram pervenire mereantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

*Lectio libri Levitici.*

In diebus illis locutus est Dominus ad Moysen dicens: Ego sum Dominus Deus vester. Non facias furtu, non mentiarini, nec decipias unusquisque proximum tuum. Non perjures in nomine meo, nec polius nomen Dei tui. Ego Dominus. Non facias calumniam proximo tuo, nec vi opprimas eum. Non moretur opus mercenarii iutapad te usque mane. Non maledicas surdo, nec eorum exco ponas offendiculum. Sed timebis Dominum Deum tuum, quia ego sum Dominus, dicit Dominus omnipotens.

*Iudicio defendant innocentes, et examinent noentes, ne perjuici super reliquias sanctorum perdant suas animas in malum conuentientes.*

*Item alia lectio Epistole beati Pauli apostoli ad Ephesios.*

**Fratres,** renovamini spiritu mentis vestrae, et induite novum hominem qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis. Propter quod depONENTES mendacium, loquimini veritatem uniusquisque cum proximo suo, quoniam suus invicem membra, irascimini, et nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, jam non fuerit. Magis autem labore operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tributus necessitatem patienti.

**Graduale.** Propitiis esio, Domine, peccatis nostris, ne quando dicent gentes, Ubi est Deus eorum. Versus. Adjuva nos, Deus salutaris noster, et propter honorem nominis tui, Domine, libera nos. *Alleluia.* Deus iudex, iustus, fortis et patiens, nunquid irascetur per singulos dies.

**Sequitur sanctum Evangelium secundum Marcum.**

In illo tempore, cum egressus esset Jesus in via, procurrens quidam genu Ilexo ante eum rogabat eum dicens: Magister bone, quid faciam ut vitam aeternam percipiam? Jesus autem dixit ei: Quid me dicas bonum? Nemo bonus nisi solus Deus. Praecepta nosti? Ille dixit. Quae? Non occidas, non adulteres, non furari, non falsum testimonium dicas, non fraudem feceris. Honora patrem tuum et matrem tuam. At ille respondens ait: Magister, haec omnia custodivi a juventute mea. Jesus autem intuitus enim dilexit eum, et dixit ei: Unum tibi deest. Vade, quocunque habes vende, et da pauperibus, et habebis thesaurum in celo, et veni, sequere me.

**Offertorium.**

Immittet angelum Dominus in circuitu timientium eum, et eripi eos. Gustate et videte quoniam suavis est Dominus.

*Et hic offrant.*

**Secreta.**

**Intercessio sanctorum tuorum misericordie tue.** Domine, munera nostra conciliet, ut quam merita nostra non valent, eorum deprecatio indulgentiam valeat obtinere. Per Dominum.

**Prefatio.**

**Eterno Deus,** qui non solum peccata dimittis, sed ipsos etiam justicas peccatores, et reis non tantum penas relaxas, sed dona largiris et praemia, cuius nos pietatem supplices exoramus ut famulos tuos illos non de praeteritis judices reatibus, sed hujus culpas veritatem spectantibus insinues: quatenus et in hoc populus tuus praecoxa nominis tui efferrat, et te vita praesentis et perpetuae auctorem agnoscat. Per Christum Dominum nostrum.

**Benedictio ad judicium.**

Deus, de quo scriptum est quia justus es et rectum judicium tuum, fac eum his servis tuis secundum misericordiam tuam, ut non de pristinis judicentur reatibus, sed in hoc, prout meruerunt, tua benedictione præveniente, veritatis subsequatur judicium. Amen.

Et qui justus es et amator justitiae, et a cuius vultu videtur æquitas, fac in conspectu populi tui ut nullis malorum præstigiis veritatis tue suscentur examina. Amen.

Petitiones nostras placatus intende, et culparum omnium præteriorum eis veniam clementer attribue. Et si culpabiles sunt, tua larga beneficiorum non eis ad suffragium, sed hujus culpas ad insinuandam veritatem proficiat. Amen. Quod ipse præstare dignetur, cuius regnum.

Hic communicent per sacerdotem, et dicat sacerdos.

Corpus hoc et sanguis Domini nostri Jesu Christi sit vobis ad probationem bonae.

**Antiphona post communionem.**

Justus Dominus et justitiam dilexit, æquitatem videt vultus ejus.

**Post communionem.**

Percepitis, Domine Deus noster, sacris munieribus, suppliciter deprecamur ut hujus participatio sacramenti et a propriis nos reatibus indesinenter expediat, et in famulis tuis veritatis sententiam declarat. Per Dominum nostrum.

Explata missa, faciat ipse sacerdos aquam benedictam, et pergit ad locum ubi homines probentur. Cum autem venerit ad ipsum locum, det illis omnibus bibere de aqua. Cum autem dederit, dicat ad unumquemque hominem: Haec aqua fiat tibi ad probationem. Postea vero conjuret aquam ubi culpabiles mittat.

**INCRIP ADJURATIO AQUÆ.**

Deus, qui per aquarum substantiam iudicia tamen exercens diluvii inundatione milia populorum intermixisti, et Noe justum cum suis salvandum ceasauisti; Deus qui in mari Rubro cuneos Ægyptiorum involvisti, et agmina Israelitica imperterrita abire jussisti, virtutem tuæ benedictionis his aquis infundere et novum ac mirabile signum in eis ostendere digneris, ut innocentes a criminis furti vel homicidii vel adulterii aut alterius naevi, cuius examinationem agimus, more aquæ in se recipiant et in profundum perturbant, conscientis autem hujus criminis a se repellant atque recifiant, nec patientur recipere corpus quod ab onere bonitatis evacuatum ventus iniquitatis allevavit et inane constituit; sed quod caret pondere virtutis, caret pondere propriæ substantiae in aquis. Per Christum Dominum nostrum.

**ALIA ADJURATIO.**

Adjuro te, creatura aquæ, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te in principio creavit et jussit ministrare humanis necessitatibus, qui etiam jussit segregari te ab aquis superioribus. Adjuro etiam te per ineftabile nomen Jesu Christi Filii Dei vivi, sub cujus pedibus mare et elementum divisum se calcabile præbuit, qui etiam baptizari se in aquarum elementa voluit. Adjuro etiam te per Spiritum sanctum, qui super Dominum baptizatus descendit. Adjuro te per nomen sanctæ et individuæ: Divinitatis, cujus voluntate aquarum elementum d. visum est, et populus Israel sicis pedibus statim transivit, ad cuius etiam invocationem Eliseus ferrum, quod de manubrio exierat, super aquam natare fecerat, ut nullo modo suspicibile homines illi, si in aliquo sunt culpabiles de hoc quod illis objicitur, scilicet aut per opera, aut per consensum, vel per conscientiam, seu per ullum ingenium, sed fac eos super te natare. Et nulla potest contra te causa facta aut ullum præstigium inimici quod illud possit occultare. Adjurata autem per nouen Christi, præcipimus tibi ut nobis per nouen ejus obedientias cui omnis creatura servit, quem cherubin et seraphin collaudant, dicentes: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum;* qui etiam regnat et dominatur per infinita sæcula sæculorum.

**ALIA.**

Adjuro te, creatura aquæ, per Deum Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, et per trecentum diem judicij, et per duodecim apostolos, et per septuaginta duos discipulos, et per duodecim prophetas, et per viginti quatuor seniores qui assidue Dominum laudant, et per centum quadraginta quatuor millia quæ se- quuntur Agnum, et per omnia agmina sanctorum angelorum, archangelorum, thronorum, dominacionum, principatum, potestatum, virtutum, cherubim atque seraphin, et per omnia millia sanctorum martyrum, confessorum et virginum. Adjuro te per sanguinem Domini nostri Jesu Christi, et per quatuor Evangelia, et per quatuor Evangelistas, necnon et per septuaginta duos libros Veteris ac Novi Testa-

et per omnes scriptores sanctos ac doctores . Adjuro te per sanctam Ecclesiam catholicam, communionem sanctorum, et per resurrecionem, ut hæc aqua exorcizata, adjurata, etata adversus iniurium hominis diabolum, et us hominem qui ab eo seductus furtum hoc vel idium aut adulterium, unde ratio agitur, permit; ut nullatenus eum in te submergi aut in propria trahi permittas, sed a te repellas sique reueque patiaris recipere corpus quod ab onere his inane est factum; sed quod caret ponderis, caret ponderis proprii substantiae in te. In his vero a praedicto crimine more aquæ in te sis, et in profundum innocuos pertrahas. Per unum nostrum.

*I has autem conjurations aquæ, exstantur ho- qui mittendi sunt in aquam propriis vestimentis, llerunt singuli Evangelium et crucem Christi, et medici super omnes aspergatur; et qui adsunt jejunant, et sic projiciantur singuli in aquam. ubmersi fuerint, inculpabiles reputentur. Si super- rint, rei esse judicentur.*

## IV.

## IPIT ADJURATIO FERRI VEL AQUE FER- VENTIS.

*implo unum pondus, in triplo tria ferrum æqui- pondera; et in illa adjuratione non adsint, ut timus, nisi jejuni. Et dictis litaniis, sic sacerdos ubi ferrum accendit, vel aqua infervescatur, sionem initianti inchoet.*

s, qui per ignem signa magna ostendens, non puerum tuum de incendio Chaldaeorum dam pereuntibus eruisti; Deus qui rubrum ante conspectum Moysi et minime comburi disti; Deus qui ab incendio fornacis Chaldaicis que successis tres pueros tuos illæsos eduxisti; qui incendio ignis populum Sodomeæ et Gomoræ involvens, Lot famulum tuum cum suis sa- quasti; Deus qui in adventu sancti Spiritus nunc ignis fideles tuos ab infidelibus decre- ostende nobis in hoc parvitatis nostræ examine ha ejusdem sancti Spiritus et per hujus ignis eum discernere fideles et infideles, ut a tactu arii, vel homicidii, vel adulterii, cuius inqui- gitur, consciæ exhorrescant, et manus eorum des comburantur aliquatenus, immunes vero abodi criminis liberentur peccatis et illæsi perma- l'per Dominum nostrum.

## ALIA.

is judeæ, justus, fortis, auctor et amator pacis, et multum misericors, qui judicas quod i est, et rectum judicium tuum, qui respicis terram et facis eam tremere, tu, Deus omni- i, qui per adventum Filii tui Domini nostri Jesu i mundum salvasti, et per ejus passionem huinanum redemisti, hanc aquam ferventem se ferrum servens sanctifica. Qui tres pueros ; Misac et Abdenago, jussu regis Babylonis in o ignis accensis fornae salvasti et illæsos per mu sanctum tuum eduxisti; tu, clementissime Dominator omnipotens, præsta ut si quis in- de furto hoc, vel homicidio, aut adulterio, maleficio, in hoc ferrum fervens vel in hanc ferventem miserit manum suam, salva, te ante Dominum nostro, permaneat. Et sicut tres supradictos de camino ignis ardeutis liberasti, manuam de falso crimine eripisti, sic manum tuam, omnipotens Deus, ab omni læsionis in- salvere dignare. Et si quis culpabilis, vel s, et tumido corde, induratoque pectore, vel ha mente, reus de hoc furto, vel homicidio, adulterio, seu maleficio, manum miserit in hoc vel aquam ferventem, tu, Deus omnipotens, anima pietate et rectissimo iudicio illud declarare

A et manifestare digneris, ut anima ejus per paenitentiam salvetur. Et si ille noceus vel culpabilis sit, et per aliquod maleficium vel per herbas aut per causas diabolicas induaverit, et peccatum quod fecit confiteri noluerit, tua dextera, quæsumus, Domine, hoc declarare dignetur. Per Dominum.

## ITEM TERTIA.

Deus, innocentie restitutor et amator, qui auctor pacis es et judicas æquitatem, te subnixis. rogamus precibus ut hoc ferrum ignitum ordinatum vel hanc aquam ordinatam ad justitiam et examinationem eu- Juslibet dubitet benedicere et sanctificare digneris; ita ut si innocens de hoc furto, vel homicidio, vel adulterio, vel maleficio, unde purgatio querenda est, in hoc ignitum et tua benedictione sanctificatum ferrum, vel in hanc aquam servidum et tua benedictione sanctificatum, manus vel pedes immiserit, tua benignissima miseratione illæsus appareat. Si autem culpabilis atque reus contempserit, et qua- si tentator judicium tuum adierit, aut per herbas vel quæcumque tentamenta sive molimina maleficio- sa peccata sua contueri et defendere inflatus per afflatorem malitiae contra veritatis tuæ examen vu- luerit, justissime et misericordissime Domine Deus, ad hoc virtus tua, que omnia superat, in eo cum veritate, que permaneat in sæculo sæculi, decla- retur, quatenus justitiae tuæ non dominetur iniquitas, sed veritati subdatur falsitas, et ut cæteri hoc videntes ab incredulitate sua, te miserante, liberentur. Qui vivis.

*His peractis, aqua benedicta cunctis astantibus detur ad degustandum, et aspergatur per totam domum, et ferrum proferatur, quod a culpato coram omnibus accipiatur, et per mensuram novem pedum portetur, manus sigilletur, sub sigillo servetur, et post tres noctes aperiatur. Et si mundus est, Deo gratuletur. Si autem sanctæ crudelis in vestigio ferri inveniatur, culpabilitas et inimicitia reputetur.*

*In aqua servente accipiat homo rapider qui per suum suspendatur in simpla probitione per mensuram palmæ, in tripla autem unius ultæ. Manus vero sigil- letur et aperiatur ut supra diximus in consecratione ferri.*

## V.

## INCIPIT EXORCISMUS PANIS HORDEACEI VEL CASEI, QUORUM APPENSIO UNIUS UNCIAE.

Primitus faciat sacerdos litanias, et omnes qui intus sunt cum eo jejuni sint, et sic incipiat.

Conservator et creator humani generis, dator gratiæ spiritalis, largitor æternæ salutis, tu emitte Spiritum tuum super banc creaturam panis vel casei cum tremore et timore inaguitudinis brachii tui, aduersus eum qui cum superbia et contumacia ac zelo iniquo venit et vult subverttere justitiam et concilcare iudicium. Fac eum, Domine, in visceribus angustari, ejusque guttur conclude, ut panem vel caseum istum in tuo nomine sanctificatum devorare non possit hic qui injuste juravit ac negavit illud furtum vel homicidium aut adulterium seu maleficium quod quærebatur, et jusjurandum pro nibilo habuit, et nonne tuum nominavit ubi rectum non erat. Te quæsumus ut non ei permittas illud abe- condare, quia justus es, Domine, et rectum iudicium tuum, qui custodis veritatem in sæculo, faciens iudicium injuriam patientibus, et custodis pupillum, ac viduam suscipis, et viam malignorum extermina- bis. Ideo ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, ut humiles ac mansueti ac recti propter veritatem gaudeant; superbi autem et iniqui ac cupidí contristentur et humilientur usque dum confiteantur magno et sancto nomini tuo, et cognoscant celeri quia nomen tibi Dominus, et tu solus altissimus super omniem terram, et servi tui in te glorientur et laudent nomen tuum in sæcula sæculorum. Amen.

## ITEM ALIA.

**Domine Jesu Christe,** qui regnas in cœlis et in terris, et mirabilis es in omnibus operibus tuis, Dominator dominantium, Deus angelorum, Deus patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, virginum, et omnium Electorum, praesta, quæsumus, per sanctum ac mirabile nomen tuum ut qui reus est bujus furti, vel homicidii, aut adulterii, seu maleficii, de quo hic requiritur, vel in facto vel in conscientia, ad apposita ei pro ostensione veritatis creaturam panis sanctificati vel casei faux ejus claudatur, guttur ejus stranguletur, et in nomine tuo ante illud rejiciatur quam devoretur. Sed et spiritus diabolicus, cui nulla est communio cum tua superna veritate, in hoc negotio ad subvertendum judicium pravis præstigiorum suorum molitionibus nil prævaleat. Sed qui reus et conscius est rei præfatae, ad hoc pabulum sanctificati panis vel casei, et præsertim per Dominici corporis et sanguinis communionem quam accepit, tremat et tremando paleat, et nutabundus in omnibus membris appareat; innoxius vero et inscius sobrie ad salubritatem sui cum omni facilitate hanc partem panis vel casei in nomine tuo signatam inanducando deglutiat; ut cognoscant omnes quia tu es justus Jude, qui salvos facis sperantes in te, et non est alius præter te, qui vivis et regnas, Deus, per omnia aeterna sæculorum.

## TERTIA ORATIO.

**Deus** cuius scientia senariam circumscriptiōnēm angelicis et humanis elongiam sensibus sola interiorius penetrat et exteriorius concludit, quem nulla colestium vel terrestrium aut infernorum vota fallere possunt, quanto magis cor unius hominis culpabile; respice ad preces nostræ humilitatis, quibus famulatum sacri indidisti ordinis, et præsta, non nostris exigentibus meritis, sed tuorum omnium suffragantiis sanctorum precibus, ut quod in hac culpa humanos latet oculos, et sermonum humanarum procacitatis obtegitur defensionibus, tua coelesti et superna moderatione sine ulla reveletur obstricamine; et sicut solus verus es, veritatis in hoc sentientiam elucidare digneris: quatenus innocentes sine ulla difficultate hoc pabulum probationis deglutiunt, innoxii autem obtrepidante mentis statu, et totius compagine corporis vacillante, quod in tuo sancto nomine consecratur et benedicitur, nullatenus devorandi valetudinem percipient, sed coram omnibus in valetudine confusi, quod presumptione immerita suscepunt, cum irrisione projiciant. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

## VI.

## INCIPIT ORDO JUDICII QUO REI AUT INNOXI PROBANTUR FERRO CANDENTI.

**Post accusationem legitime factam et triduum in ieiunio et oratione consumptum, sacerdos vestibus sacris præter casulam indutus, ferrum ante altare positum forcipe accipiat et hymnum trium puerorum, videlicet Benedicite, omnia opera, decantans, ad ignem deferat, et dicat hanc orationem super locum ubi fieri ignis ad facendum judicium.**

**Benedic, Domine Deus, locum istum, ut sit nobis in eo sanctitas, castitas, virtus, et Victoria, et saecularia, humilitas, bonitas, lenitas, et plenitudo legis, et obedientia Deo Patri et Filio et Spiritui sancto. Haec benedictio sit super hunc locum et super omnes inhabitantes in eo.**

**Benedictio super ignem.**

**Domine Deus, pater omnipotens, lumen indeficie, exaudi nos quia tu es conditor omnium luminum. Benedic, Domine, hoc lumen, quod a te sanctificatum est, qui illuminasti omnem hominem vel mundum, ut ab eo lumine accendamur igne claritatis tue. Et sicut igne illuminasti Moysen, ita nunc**

**A illumina corda nostra et sensus nostros, ut ad vitam æternam mereamur pervenire per Christum, etc.**

**Qua finita, dicat Pater noster, etc. Salvum fac servum, etc. Mitte ei auxilium, Deus, etc. De Sion tuere eum, etc. Domine, exaudi, etc. Dominus vobis cum, etc.**

**Oratio.**

**Benedic, Domine sancte Pater omnipotens Deus, per invocationem sanctissimi nominis tui, et per adventum Filii tui, atque per donum Spiritus Paracleti, ad manifestandum verum judicium tuum, hoc genos metalli, ut sit sanctificatum, ut omni dæmonum falsitate procul remota, veritas veri judicij tui fidibus tuis manifesta fiat, per eumdem Domum, etc.**

**Post hoc, ferrum in ignem mittatur, et aspergatur aqua benedicta; et dum calescit, missam celebret. Cum vero sacerdos Eucharistiam sumpserit, hominem probandum sicut infra scriptum est adjuret atque communice faciat.**

**OFFICIUM MISSÆ.**

**Justus es, Domine, et rectum judicium tuum, etc.**

**Oratio.**

**Absolute, quæsumus, Domine, tui delicta famuli, ut a peccatorum suorum nexibus, quæ pro sua fragilitate contraxisti, tua benignitate liberetur, et in hoc judicio quoad meruit, justitia tua præveniente, ad veritatis censuram pervenire inercatur per Christum Dominum, etc.**

**In illo tempore, cum egressus esset Jesus, in via præcurrentis quidam, genu flexo ante eum, rogabat eum dicens: Magister bone, quid faciam ut vitam æternam percipiam? Jesus autem dixi ei: Quid me dicas bonum? etc.**

**Deinde Secreta, etc.**

**C Antequam vero communiceat, interroget eum sacerdos cum adoratione, sic: Adjuro te per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, et per veram Christianitatem quam suscepisti, et per sanctas reliquias quae in ista ecclesia sunt, et per baptismum quo te sacerdos regeneravit, ut non præsumas ulla modo communicare neque accedere ad altare si hoc fecisti aut consensisti, etc. Hic communiceat sacerdos illos, et dicat: Corpus hoc et sanguis Domini nosri Iesu Christi sit tibi ad probationem hodie.**

**Oratio.**

**Perceptis, Domine Deus noster, sacris munieribus, supplices deprecamur ut hujus participatio sacramenti a propriis nos reatibus expedit, et in famulo tuo veritatis sentientiam declare, etc.**

**D Deinde Kyrie eleison et litania, et Psalmi. Et tum.**

**Oremus. Deus, qui per ignem signa magna ostendens, Abraham puerum tuum de incendio Chaldaeorum quibusdam percutiibus eruisti; Deus qui rebum ardore ante conspectum Mosis et minime comburi permisisti; Deus qui de incendio fornacis Chaldaicis plerisque successis tres pueros tuos illatos eduxisti; Deus qui incendio ignis populum Sodomæ involvens, Lot famulatum tuum cum suis salute donasti; Deus qui in adventu sancti Spiritus tui illustratione ignis fideles tuos ab infidelibus decretisti, ostende nobis in hoc parvitatibus nostra examino virtutem ejusdem Spiritus, etc. Et per ignis hujus servorem discerne fideles et infideles, ut a tactu ejus, cuius inquisitio agitur, conscientia exhorrescat, et manus ejus comburatur, innocens vero penitus illatus perirent, etc. Deus cuius notitiam nella unquam secreta effugiant, fidei nostræ tua bonitate responde, et præsta ut quisquis purgandi se gratia hoc ignis tulerit ferrum, vel absolvatur inveniens vel rei noxiis detegatur.**

**E Deinde sacerdos super ferrum aquam benedictam spargat, et dicat: Benedictio Dei Patris et Filii et**

**Spiritus sancti descendat super hoc ferrum ad discerendum rectum judicium Dei. Et mox accusatus ad novem pedum mensuram ferrum perferat. Hujus denique manus sub sigillo triduum legatur, et si sanies crudescens in vestigio ferri reperiatur, culpabilis ducaatur; sin autem munda exstiterit, laus Deo referatur.**

**VII.****\* IN CHRISTI NOMINE. INCIPIUNT COLLECTAS AD MALIS FURTIS REPREMENDIS.**

**Agius, Agius, Agius.** Sancte Pater, qui es invisibilis, omnium rerum conditor, spiritualis munerator, qui cunctorum es conditor, et arcana conspicis, cuncta cognoscis, qui scrutaris corda et renes, Deus, deprecor te, et exaudi verba depreciationis meae, ut qui hunc furtum illum admisit, panis vel casius iste transire fauces nec guttus illius non possit. Amen.

Domine, qui liberasti Moysen de terra Aegypti, David de manu Saul regis, Jonam de ventre ceti, Petrum de fluctibus, Paulum de vinculis, Tecliam de bestiis, Susannam de falsis criminibus, tres pueros de camino ignis ardentes, Daniel de lacu leonis, paralyticum de grabato, Lazarum de monumento, ostende mihi qui hunc furtum illum admisit, ut panis vel casius iste fauces nec guttus illius transire non possit. Amen.

**Exorcizo te, maledicte, immundissime draco, basilice, serpens innoxia per verbum veritatis et signum claritatis per Deum omnipotentem et Iesum Christum Nazarenum agnum immaculatum, de aliissimis procreatorem, de Spiritu sancto conceptum, ex Maria virgine, quem Gabriel archangelus annuntiavit venturum, quem cum vidisset Joannes, voce magna clamavit dicens: *Hic est Filius Dei vivi.* Nullo modo hic dimittas communicare, neque presumas panem nec casium istum manducare qui hunc furtum illum admisit. Qui crimen nesciens est, manducet. Et qui crimen sciens est, statim trepidus evomat. Amen.**

**Suggero tibi, Domine Deus omnipotens aeterno Deus, qui caelos cameras, terram fundasti, mare limitibus firmasti, et ipsum coelum fabricasti, qui magna mirabilia sol et luna super justos splendere et lucere fecisti, doctrinam ordinasti; fac, Domine, signum taleni ut omnis mundus et omnis terra intelligant quia tu es, Deus, qui facis mirabilia solus, Domine Iesu Christe Fili Dei vivi. Et qui res illas furavit, et qui ex hoc consentaneus videtur, ut gula et lingua fauicis sue sint constrictae et legitae. Amen. Et paneum nec casium istum non possit manducare. Amen.**

**Conjuro tibi, homo, per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, per diem tremendi judicil et quatuor Evangelia, et per duodecim apostolos, per duodecim prophetas, per viginti quatuor seniores qui quotidie in laudem Domini sunt, per illo Redemptorem qui pro nostra peccata manus in sancta cruce suspendere dignatus est, ut hunc furtum miseris es aut fecisti aut consentisti aut fraudulenter bajulasti, taliter sit tibi bajulandum si de manu Domini de sua sancta gloria et virtutem, ut paneum et casium istum nunquam possis manducare, nisi inflatas bucas cum spuma et gemitu et lacrymis et doloribus fauicis iuxta sint constrictae et obligatae. Amen.**

**Ista collecta desper caput hominis conjurat.**

**Domine Deus omnipotens, Agius, Agius, Agius, astus in caelis et in terris, Domine, sanctum et admirabile nomen tuum invocamus, nomen tuum deprecavimus, Domine, Domine dominantium. Non men tuum invocamus, Deus colorum, Deus justorum, Deus prophatarum, Deus apostolorum, Deus**

**A martyrum, Deus virginum, Deus omniumque sanctorum. Te invocamus, ut quicunque furtum illum fecit aut consenserit, apponatur ei creatura panis et formaticus, aut in terra vomat quam pertranseat, quia tu es Deus, et non est alius praeter te. Fac secundum magnam misericordiam tuam. Separetur ab eo spiritus diaboli. Qui conscientis est, evomat. Et qui innocens est, manducet. Et qui culpabilis est, trepat, tremescat, tanquam arbor tremulet, et requiem non habeat donec te confiteatur, Pater sancte.**

**VIII.****\* INCIPIT PROBATIO A CUNCTIS FURTIS PROBANDIS.**

Antequam incipias, canitur missa de sancta Trinitate. Antiphona: Benedicta sit sancta Trinitas. Domine Iesu Christe. Agie, Agie, Agie. Astans in caelis, in omnibus locis dominaris, vides et regis, B judicas et disponis. Sanctum et admirabile nomen tuum invocamus. Dominum dominantium, Spiritum Dei, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus celorum, Deus justorum, Deus propitiator, Deus apostolorum, Deus martyrum, Deus omnium sanctorum, te invocamus, ut quicunque de † isto furto culpabilis est, opponatur ei panis et caseus, ut te jubente constringantur fauces illius et guttur ejus claudatur: ut qui † istud furtum commisit, antea revocat quiam pertranseat, ut sciat quod tu es Deus, et non est alius praeter te. Fac secundum magnam misericordiam tuam ut ab eo spiritus diaboli separetur, et probatus convictus sit, qui culpabilis est trepat et tremescat tanquam folia arboris tremuli. Per constringentes angelos tuos, per sanctum Michaelem et sanctum Raphaelem, tremens apparet, et requiem non habeat donec confiteatur furtum istud. Agie, Agie, Agie. Te jubente liberatus est Daniel de lacu leonum, Petrus de fluctibus, Paulus de carceribus, Jonas de ventre ceti, Susanna de falso crimine. Tu manifesta furtum † istud sicut manifestasti Pharaonem regem in mari. Sicut ille non pertransivit mare, sic non pertranseat gula ejus qui hoc † furtum admisit creatura panis et casei. Adiuvi angelus sanctus Michael, et sanctus Gabriel, et sanctus Raphael. Constringant gultur illius, et claudatur, et victus appareat. Christe Iesu, praesta quod petimus. Trinitas inseparabilis, manifesta. Omnipotens Deus, qui vivis et regnas per omnia saecula saeculorum. Amen.

**IX.****INCIPIT EXORCISMUS AD CALDARIA SIVE AD AQUA.**

**D eus, Judex iustus et patiens, qui auctor es pacis et judicas aequitatem, tu judica quod rectum est, Domine. Reculum judicium tuum. Qui respicis super terram et facis eam tremere, tu Deus omnipotens, qui per unigenitum Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum mundum salvasti, et per ejus passionem genus humanum redemisti, tu hanc aquam per ignem ferventem sanctifica. Qui tres pueros, id est, Sidrac, Misac et Abdenago, iussi regis Babylonis Nabuchodonosor, in camino ignis missos accenso fornace salvasti et illatos per angelum tuum adduxisti; tu, Domine, qui semper dominaris, praesta ut sicut innocens de hunc furtum in hanc aquam per ignem ferventem manum miseris, sicut tres pueros supradictos de camino ignis et Susannam de falso crimen liberasti, ita et qui innocens de hunc supradictum furtum in hanc aquam per ignem ferventem manum miseris, salvam et illasam educat, ita, Deus omnipotens, si quis culpabilis, adingrassante diabolo cor induratum, presupponserit manum mitte-**

**\* Ex veteri Codice ms. bibliothecæ Regiae  
† Ex veteri Codice ms. bibliothecæ Regiae.**

**Ex Cod. Reg.**

re, tua justissima veritas hoc declaratur, tua virtute manifesta, anima pro paenitentia salvetur. Si quis culpabilis pro aliquo maleficio aut pro herbas diabolicas peccatum tegere voluerit, tua dextera hoc evacuare dignetur. Per ipsum Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum semper vivit et regnat Deus in unitate Spiritus sancti per omnia secula seculorum. Amen.

## X.

**RESOLUTIO OMNIUM MALEFICIORUM ET MALEDICTIONUM ET INCANTATIONUM ET CONLIGATIONUM ET INMISSIONUM ET INSTIGATIONUM ET ZELI ET INVIDIE ET DÆMONI ET OMNIUM MALORUM QUÆCUNQUE SCIMUS VEL QUÆCUNQUE NESCIMUS.**

**b** Invocamus te, Deus omnipotens, Rex aeternum seculorum, incorruptibilis, immaculatus, indivisus, lucis dator, potens manu, Adonai, eloe sabaoth, Deus deorum et omnium virtutum, gloriose, gloriissimae pater veritatis magne et misericordiae, princeps potestatum. Pater Domini nostri Iesu Christi, benedictionem da famulo tuo nom. ill. omnibus qui ad eum pertinent. Insuper invocamus te, Deus deorum, omnipotens, Rex aeternus, qui sedis in medio duos cherubim ac seraphim. Resolve, Domine, si quia nobis facta sunt maleficia vel colligationes, aut si tentantur fieri, vel colligavit nos aliquis, aut devovit, aut posuit aliquid noxiuam in fundamentis nostris, aut ingressu, aut regressu, aut lecto, aut in aedificio, aut in exterquilio, aut in agro; aut in atrio, aut in via, aut in semita, aut in deserto loco, aut in monumentis, aut in aqua, aut in igne, aut quolibet loco ubi scimus vel nescimus. Resolve, Domine, et ne permittas aliquem nocere famulo tuo nom. illo, quæcunque ad eum pertinent. Conjuro vos omnia quæcunque noxia estis vel nociva, sive jam facta, sive futura, agnita vel incognita. Conjuro vos, dæmones et omnis spiritus immundus, per Deum timendum et tremendum et honorandum et glorificandum et enarrabile nomen, per beatoe, Adonai, eloe sabaoth, ne noceatis vel appropinquetis ad famulum Dei nom. illo, quod ad illum pertineat; sed recedite a me, et ite singuli super capita eorum qui vos fecerunt vel dixerunt vel consciunt sunt. Quicunque ille, sive vir, sive mulier, sive de qualibet gente vel natione, quos scimus vel nescimus, convertimini, et ite singuli per istam conjurationem et hoc conservatorium, per signum venturi et judicaturi vivos et mortuos Regis Iesu Christi. Sed et virtutes coelestes et angeli Dei, qui assistitis ante conspectu Domini in celis sanctis atque altissimis consistentes, Michael, Gabriel, Raphael, cherubim et seraphim, custodite omnem inscriptionem domus nostræ, et conservate famulum Dei nom. ill. quod ad eum pertinet ab omni re mala, a zelo, ab invidia, ab infirmitatibus, a dæmonio, ab instigationibus, vel ab omnibus temptationibus, a maleficiis, a maledicto et ab omni malo unde scimus vel nescimus. Conjuro vos omnia, quæcunque noxia estis et nociva, per Deum qui divisit lucem a tenebris, et mensus est celos palmo suo, et constituit terram sine culmina, pensavit montes in pondere et colles in libra. Conjuro vos per venturum et judicaturum vivos et mortuos, et per Deum Israel, qui eduxit populum suum de terra Egypti per manum suam potenter et brachium suum fortissimum, et percussit Pharaonem una cum exercitu suo. Conjuro vos per eum qui locutus est Moysi in monte Sinai, et dedit legem et præcepta filii Israel, et satiavit aqua ex petra rupto saxo, et manna in esca tribuit. Insuper etiam conjuro vos per inseparabile nomen et tremendum Patrem Domini nostri Iesu Christi, quæcunque estis noxia et

A nociva, sive in anima, sive in corpore nocentia, agnita vel incognita, sive jam facta, si fura, colligati, sive immissa, sive ex vobismelipso venientia docere qualibet modo vel qualibet arte maleficiis arenosis et indolosis presteriatricum, sive druonticum, sive prope, sive longe, expavescite et timete nomen Domini grande, per quod ego conjuro vos, ne noceatis vel approprietis famulum Dei nom. illo vel quod ad eum pertinet; sed recedite ab eo, et ite singuli super capita eorum qui vos fecerunt. Pax Deus, sanitas Deus, justitia Deus, lumen Deus. Cognoscite, gentes et superamini, quoniam nobiscum est Deus, et consilium sine eritis adversum nos, et devellet illud Deus, quoniam nobiscum est Dominus; et sermonem quemcunque locuti fueritis adversus nos, permanebit in vobis. Quoniam nobiscum est Deus, sermonem vestrum non timemus, neque conturbabit nos, quoniam nobiscum Deus. Dominum Deum adoravimus, et illi soli servimus; cui est honor, gloria, virtus et potestas in secula seculorum. Amen.

## XI.

**AD REVOCANDUM EXAMEN APUM DISPERSUM.**

**c** Adjuro te, mater aviorum, per Deum regem eorum et per illum Redemptorem Filium Dei te adjuro ut non te alium levare, nec longe volare, sed quasi plus cito potest ad arborem venire. Ibi te allocas cum omnia tua genera, vel cum socia tua. Ibi habeo bono vas parato, ubi vos ibi in Dei nomine laboreis, et nos in Dei nomine luminaria faciamus in ecclesia Dei, et per virtutem Domini nostri Iesu Christi; ut nō nou offendat Dominus de radio sole, sicut vos offendit de egalo flos in nomine sanctæ Trinitatis. Amen.

## XII.

**QUALITER EPISCOPUS EXCOMMUNICARE INFIDELES DEBEAT.**

**C** Episcopus cum excommunicare vel anathematizare aliquem infidelem pro certis et manifestis sceleribus dispositum habet, post lectionem Evangelii clerum et plebem ita debet alloqui.

**ALLOCUTIO.**

Noverit charitas vestra, fratres mei, quod quidam vir nomine ille, diabolo suadente, postponens Christianam promissionem quam in baptismino professus est, per apostasiam conversus post Satanum, cui abrenuntiavit et omnibus operibus ejus, vineam Christi, id est Ecclesiam, devastare et deprædare non pertimescit, pauperes Christi, quos pretioso sanguine suo redemit, violenter opprimebat et interficiens, et bona eorum diripiens. Unde quia filius hujus nostre Ecclesie, cui Deo auctore præsidiens, debuerat esse, quia in ea per aquam et Spiritum sanctum renatus est, et inter adoptivos filios Dei adnumeratus, quamvis modo filius diaboli sit imitando diabolum, solliciti ne per negligientiam pastoralium aliqua de oibis nobis creditis desperaret, pro qua in tremendo judicio ante Principem pastorum Dominum nostrum Iesum Christum rationem reddere compellercemur, juxta quod ipse terribiliter nobis communiciat, dicens: *Si non annuntiaveris iniquitatem suam, sanguinem ejus de manu tua requiram* (Ezech. iii), inimicus ad eum presbyterum nostrum et litteras commonitorias seu et iterum atque tertio, invitantes eum canonice ad emendationem et satisfactionem et penitentiam, corripieant eum paterno affectu. Sed ipse, propter dolor! diabolo cor ejus indurante, monita salutaria sprevit, et incepit malitia perseverans, Ecclesie Dei, quam levit, superbia spiritu inflatus, satisfacere deditgatur. De talibus itaque transgressoribus et sancte religiosis pacisque quam Christus ipse suis discipulis dedit atque reliquit violatoribus, præcepta dominica et

**a** Log. immisionum.

**b** Ex alio Cod. ms. bibliothecæ regiae.

**c** Ex veteri Codice ms. sancti Galli.

apostolica habemus, quibus informamur quid de bu-  
juscenodi prevaricatoribus agere nos oporteat. Ait enim Dominus in Evangelio : Si peccaverit in te frater tuus, corrige eum (*Math. xviii.*). Fratres, in unoquoque nostrum peccat qui in sanctam Ecclesiam peccat. Si enim sancta Ecclesia unum corpus est, cuius corporis caput Christus est, singuli autem sumus alter alterius membra, et cum patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra (*I Cor. xii.*), procul dubio in nos peccat qui membra nostra ludit. Jubet ergo Dominus ut frater, id est, Christianus in nos peccans, priujo secreto corripiatur, deinde cum testibus redarguantur, novissime in conventu Ecclesiae publice conveniatur. Quod si has tres admonitiones et pias correptiones contemnit, et satisfacere despiciit, post haec sit tibi, inquit, sicut ethnicus (*Math. xviii.*), id est, gentilis, atque paganus, ut non iam pro Christiano, sed pro pagano habeatur. Et in alio loco membrum quod a sua compage resolvitur, et a junctura charitatis disso-  
ciatur, et omne corpus quod scandalizat, Dominus abscidi et projici jubet, dicens : Si oculus vel manus vel pes tuus scandalizat te, erue eum, et proice a te (*Ibid.*). Et Apostolus : Auferte, inquit, malum a robis (*I Cor. v.*). Et item : Infidelis si discedit, discedat (*I Cor. vii.*). Et in alio loco rapaces a regno Dei excludit dicens : Neque rapaces regnum Dei possidebunt (*I Cor. vi.*). Et alibi : Si quis frater nominatur, et est fornicator, aut adulter, aut homicida, aut rapax, cum hujusmodi nec cibum sumere licet (*I Cor. v.*). Et Joannes dilectus praeceteris Christi discipulis tales nefarium hominem salutare prohibebat dicens : Nec ei ave dixeris, neque eum in domum receperis. Qui enim ei ave dicit communicari operibus ejus malignis (*II Joan.*). Dominica itaque atque apostolica præcepta adimplentes, membrum putridum et insanabile, quod medicinam non recipit, ferro excommunicationis a corpore Ecclesie. abscidamus, ne tam pestifero morbo reliqua membra corporis, veluti veneno, inficiantur (*Decreta Sirci. cap. 7.*).

## EXCOMMUNICATIO.

Igitur quia monita nostra et crebras exhortationes contemnit, quia tertio secundum dominicum præceptum vocatus ad emendationem et penitentiam venire despedit; quia culpam suam needum cognovit nec confessus est, nec missa nobis legatione, qui causam ipsius exsequimur, quia noster parochianus est, veniam postulavit; quia in coepia malitia, diabolo cor ejus induurante, perseverat, et, juxta quod Apostolus dicit, secundum duritiam suam et cor impenitentis thezaurizat sibi iram in die iræ: idcirco nos cum universis complicibus et communicato-  
ribus factioribus suis iudicio Dei omnipotentis, Patris, Filii, et Spiritus sancti, et beati Petri principis apostolorum, et omnium sanctorum, necnon et nostræ mediocritatis auctoritate et potestate nobis divinitus collata ligandi et solvendi in celo et in terra, a preciosis corporis et sanguinis Domini perceptio-  
ne et a societate omnium Christianorum separamus, et a liminibus sanctæ matris Ecclesiae in celo et in terra excludimus, et excommunicatum et anathematizatum esse decernimus, et damnatum cum diabolo et angelis ejus et omnibus reprobis in igne eterno judicanus, nisi forte a diaboli laqueis resipiscat, et ad emendationem et penitentiam redeat, et Ecclesia Dei, quam laesit, satisfaciat. Et respondeant osmanes tertio: Amen. Aut: Fiat. Fiat. Aut: Ana-  
thematis sit.

Debet autem duodecim sacerdotes episcopum circumstare et lucernas ardentes in manibus tenere, quas in conclusione anathematis vel excommunicationis projicere debent in terram et pedibus conculcare. Post haec episcopus plebi ipsam excommunicationem communibus verbis debet explanare, ut omnes intelligent quam terribiliter damnatus sit, et ut noverint quod ab illa hora in reliquum non pro Christiano, sed pro paga-

A no habendus sit, et qui illi quasi Christiano communi-  
caverit, aut cum eo manducaverit aut bibet, aut eum osculatus fuerit, vel cum eo colloquium familiare habuerit, nisi forte ad satisfactionem et penitentiam eum provocare studuerit, aut in domo sua eum receptor, aut simul cum eo oraverit, procul dubio similiter sit excommunicatus. Deinde epistolæ presbyteris per pa-  
rochiam militantur, continentis modum excommunica-  
tionis, in quibus jubeatur ut dominicis diebus post lect.  
Evang. plebis sibi commissis publice annuntient ipsam excommunicationem, ut ne quis per ignorantiam communicet excommunicato. Oportet etiam ut alii epi-  
scopis ipsa excommunicatione manifestetur. Præcipit enim <sup>a</sup> Toletanum concilium ut invicem mox scripta percurvant per omnes provincias episcopos quoque adire seniori etiam potuerint, ut excommunicatus audiat. Seniori etiam ejus ipsa excommunicatione debet nota fieri.

## XIII.

## ITEM ALIA EXCOMMUNICATIONIS ALLOCUTIO.

Audistis, dilectissimi, quanta et quam horrenda pravitas ac iniurias opera ille a diabolo instigatus perpetrare non timuerit, et quonodo per apostoliam a totius Christiana religionis cultu prolata mente recesserit. Audistis quemadmodum canonice ad satisfaciendum evocatus sit, sed venire distulerit, quonodo frequenter admonitus ut resipiceret a laqueis diaboli, quibus tenetur astrictus, saluberrimas admonitiones obturatis auribus cordis audire con-  
tempserit. Dominus dicit in Evangelio de tali contumaci fratre, qui ecclesiasticam renuit suspicere correptionem: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi, inquit, sicut ethnicus et publicanus (*Math. xviii.*); id est, jam non est computandus inter Christianos, sed inter paganos. Hinc Paulus, Domini et Magistri doctrinam sequens, Corinthios redarguit quare cum criminosis ac sceleratis communionem haberent, dicens: Vos inflati estis, et non magis lu-  
cium habuistis, ut tollatur de medio vestrum (*I Cor. v.*); C id est, separaretur a vestro consilio, qui tale seculi operatus est. Et adjungit: Ego quidem absens cor-  
pore, praesens autem spiritu, jam judicavi ut praesens eum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Je-  
su Christi congregatis vobis et meo spiritu, cum virtute Domini mei Iesu tradere hujusmodi Satanae in interitum carnis. Et post pauca: Scripsi vobis non com-  
muniœ omni fornicariis. Et statim insert: Si quis fra-  
ter appellatur, id est, Christianus, et fornicator est  
aut rapax, cum hujusmodi nec cibum sumere (*I Cor. vii.*). Et alibi: Auferte malum ex vobis. Et: Infidelis si discedit, discedat (*I Cor. v.*). Una enim ovis mor-  
bida omne gregem containat, et modicum fer-  
mentum totam massam corruptit, et plerumque unum membrum putridum totum corpus inficit. Et  
ideo tam perniciosa pestis a corpore Ecclesia radi-  
citus evellatur.

## Excommunicatio.

Dominicis igitur atque apostolicis informati præ-  
ceptis, iudicio Patris et Filii ejus Domini nostri Je-  
su Christi et Spiritus sancti, auctoritate et potestate apostolis apostolorumque successoribus a Deo con-  
cessa, una vobiscum prædictum pessimum virum a liminibus sanctæ matris Ecclesiae excludimus et ab omni societate et communione Christiana separamus, separatumque esse in aeternum decernimus, id est in praesenti saeculo et in futuro. Nullus Christianus ei ave dicat, aut eum osculari presumat. Nullus presbyter cum eo missam celebrare audeat vel sacru-  
sanctum corpus et sanguinem Domini tradere. Ne-  
mo ei jungatur in consilio, neque in aliquo negotio. Et si quis ei se sociaverit et communicaverit ejus operibus malignis, noverit se simili percussum ana-  
thematæ; bis exceptis qui ob hanc causam ei jungun-  
tur ut eum revocent ab errore et provocent ad satis-  
factionem; nisi forte resipuerit, et Dei gratia inspi-

<sup>a</sup> Concil. Tolet. I, c. 11. Vide Capitula Carolumanni,

tit. 3, cap. 5.

rante, ad poenitentia remedium conversus fuerit, et digna emendatione Ecclesia Dei, quam iersit, humiliter satisfecerit.

## XIV.

## ITEM ALIA TERRIBILIOR EXCOMMUNICATIO.

Canonica instituta et sanctorum Patrum exempla sequentes, ecclesiarum Dei violatores, videlicet, raptore, deprædatores, et homicidas, illos in nomine Patris et Filii et in Spiritu sancti virtute, necnon auctoritate episcopis per Petrum, principem apostolorum, divinitus collata, a sanctæ matris Ecclesiæ gremio segregamus ac perpetuae maledictionis anathemate condemnamus. Sintque maledicti in civitate, maledicti in agro, maledictum horreum eorum et maledictæ reliquiae illorum, maledictus fructus ventris eorum, et fructus terra illorum. Maledicti sint ingredientes, et maledicti sint egredientes; sintque in domo maledicti, in agro profugi; veniantque super eos omnes illæ maledictiones quas Dominus per Moysen in populum divinæ legis prævaricatorem se esse missurum intentavit; sintque anathema maranatha, id est pereant in secundo adventu Domini. Nullus eis Christianus ave dicat. Nullus presbyter missam celebrare præsumat vel sanctam communionem dare. Sepultura asini sepeliantur, et in sterquilinium sint, super faciem terræ. Et sicut haec lucernæ de manibus nostris projectæ hodie extinguntur, sic eorum lucerna extinguitur, nisi forte resipuerint et Ecclesia Dei, quam læserunt, per emendationem et condignam poenitentiam satisfecerint.

## EXCOMMUNICATIO BREVIS.

Canonica instituta et sanctorum Patrum exempla sequentes, ecclesiarum Dei violatores illos auctoritate Dei et judicio sancti Spiritus a gremio sanctæ matris Ecclesiæ et consortio totius Christianitatis eliminamus, quoque resipiscant et Ecclesia Dei satisfaciant.

## XV.

## EXCOMMUNICATIO HOMINUM BALDUINI, COMITIS FLANDRIÆ, PROPTER OCCISIONEM FULCONIS, ARCHIEPISCOPI RHEMENSIS, AB ILLIS PERPETRATAM.

Anno nonagesimo Dominicae Incarnationis, prius Nonas Julii, primo scilicet die quando ordinatus est Heriveus in archiepiscopatu Rhemensi episcopus, lecta est excommunicatio hæc quæ sequitur in ecclesia sanctæ Mariæ Rhenis, præsentibus episcopis infra scriptis.

Heriveus nomine non merito Rhemorum archiepiscopus ac plebis Dei famulus, Wido Rothomagensium archiepiscopus, Riculfus Suessionum episcopus, Heidolo Noviomagensium episcopus, Bodilo Cameracensium episcopus, Herinandus Morinensium episcopus, Ogarlus Ambianensium episcopus, Honoratus Belvaciensium episcopus, Mancio Catalaunensium episcopus, Rodulphus Laundunensis episcopus, Ofridus Silvanectensium episcopus, Angelirannus Meldeensis episcopus. Notum sit omnibus ubique sanctæ Dei Ecclesia fidelibus, tam clericis quam laicis, quod nos et commissari nobis omnis Ecclesia nimis perturbatur tristitia pro inaudita re post persecutionem temporis apostolorum eorumque successorum, de occisione nimis Patris et pastoris nostri Folconis ab impiis impie perpetrata, qui pro regni utilitate et totius sanctæ Ecclesie statu pro viribus die noctuque desudans, ac seipsum in defensione omnium Ecclesiarum in hoc regno consistentium murum protectio-  
nis opponens (res enim earum a Balduino comite filio Balduini ac Judith contra omnem legem et divinam et humanam pervadebantur), ideo ab ipsius Balduini hominibus Wineemaro, Euerardo, et Raffrido, cæterisque eorum complicibus interfactus crudelissime occubuit. De ejus morte totius Ecclesiæ ordo atque professio merito contristatur, et lamenta-

A compassionis ex intimis cordium suspiriis enkindit. Quia igitur tale scelus nostris temporibus perpetrata non timuerunt quod ante, nisi sorte a pagani, in Ecclesia non auditum, quia non est actum, in nomine Domini et in virtute sancti Spiritus necnon auctoritate episcopis per beatum Petrum, principem apostolorum, divinitus collata, ipsos a sanctæ matris Ecclesiæ gremio segregamus ac perpetuae maledictionis anathemate condemnamus, ut eorum aliquando per hominem non fiat recuperatio, nec ultra inter Christianos conversatio. Sintque maledicti in civitate, maledicti in agro. Maledictum horreum eorum, et maledictæ reliquiae eorum. Maledictus fructus ventris eorum, et fructus terra illorum; armata boum suorum, et greges ovium suarum. Maledicti sint ingredientes et egredientes. Sintque in domo maledicti, in agro profugi. Intestina in secessum fundant, sicut perfidus et infelix Arius. Veniantque super illos omnes illæ maledictiones quas Dominus per Moysen in populum divinæ legis prævaricatorem se esse missurum intentavit. Sintque anathema maranatha, et pereant in secundo adventu Domini. Insuper quidquid maledictionis sacri canones et apostolicorum virorum decreta decernunt super homicidias et sacrilegias. Nam illos sacrilegorum nomine notamus qui in hanc Christum Domini manum mittere ausi sunt. Omne super illos ac perpetuum interitum per justissimam divinæ animadversionis sententiam congeratur. Nullus ergo eis Christianus vel ave dicat. Nullus presbyter missas aliquando celebret, nec, si infirmati fuerint, confessiones eorum recipere, vel sacrosanctam communionem eis, nisi resipuerint, etiam in ipso fine vite sua præsentem unquam dare; sed sepultura asini sepeliantur, et in sterquilinium super faciem terræ sint; ut sint in exemplum opprobrii et maledictionis presentibus generationibus et futuris. Et sicut haec lucernæ de nostris projectæ manibus hodie extinguentur, sic eorum lucerna in æternum extinguitur.

## C

## XVI.

## EXCOMMUNICATIO RAGENARDI, COMITIS SENONENSIS, RENOVATA ADVERSUS GAUFRIDUM ET GEILONEM, CANONICOS SENONENSES.

Immensus dolor nos urget ad gemitum, ac individuilla molestia commovet ad flatum, quando ille quos passio Christi a jugo diaboli redemit, et a soribus peccatorum sacer baptismus purificavit, et Ecclesia catholica corpori sociavit, nunc iterum se ipsos sponte antiquo hosti subdere videmus, et non solum membris Christi persecutionem inferre, sed etiam contra ipsum totius creaturæ auctor et dominum bellum moliri. Qui enim sacrosanctæ Ecclesiæ structores atque defensores esse debuerunt, modo venenato diaboli furore vexati, atque feriale conciliati, omni timore Domini postposito, et remedio poenitentie neglecto, ecclesiæ in Dei honesta ac perpetuae virginis Mariæ sanctique Stephanæ dictas lacerare ac sine pastore esse non permisimus, violenter usurpantes ea unde sancta Dei debet restaurari Ecclesia. Admonemus etiam et admonemus adjuramus et incorrigibles, et qui pestifera et flagitiosa moribus sunt irreliti, sicut a bonis mortibus alienati, ita et a consortio fideliū fiant extrasci. Iggit cognoscat universalis Ecclesia hostes servitimos et tyrannos improbos, adversarios et persecutores pessimos sanctæ Dei Ecclesie, Ragenardum Gaufridum atque Geilonem et Rodmundum ejus filium, eorumque canonicos, præcepitorem commitentes, ecclesiasticarum rerum Dei contemptores, sanctorum canorum transgressores, pastoris sui contradictores, perivasores, quos ab ipso summo Pastore Christo et beatissima ejus matre Maria, atque beato Petro apostolorum principe, cujus, quamvis indigne, sectori-

## D

tate et magisterio fungor, nisi citissime se emenda-  
verint et satisfaciendo commissa fideli restituerint,  
eos cum omnibus sanctis in celo meritis viventibus  
et in terra miraculis fulgentibus obligamus, et a no-  
bis secundum potestatem nostræ pravitati concessam  
ligandi atque solvendi excommunicamus atque ana-  
thematis gladio transfigimus. Deinde excommunicamus G. a. u. z. f. r. i. d. u. m. G. e. i. l. o. n. e. m.,  
Grobertum diaconem, qui meum injuste usurpat ar-  
chidiacaonatum, Wangerium, Aricum, postea vero  
Ansellum, item Anselnum, Ilugoneum, Ansegium,  
Balduinum, ..... Hos et omnes qui postquam archi-  
episcopalem suscepit benedictionem, sanctum Sennen-  
sia Ecclesie locum ingredi non permiserunt more  
antecessorum ncorum, desistentes a veritate, adhæ-  
rentes mendacio; insuper anathematizamus per Pa-  
tronum et Filium et per Spiritum sanctum et per au-  
toritatem nobis a Deo concessam, ut nullam Chri-  
stianorum habeant portionem, ecclesiisque Dei non  
ingrediantur, neque missa eis ab aliquo celebretur,  
nisi eisdem personæ voluerit subjacere. Nulla pro eis  
vel pro illorum offensis, nisi satisfecerint, fiat obla-  
tio vel commemoratio. Non thuris neque incensi, sed  
neque sacri luminis, carne viventes vel morientes  
portionem acipient, sed cum pravis et contra Domum  
tumentibus sanctiorumque lacerantibus fiat pars et ha-  
reditas eorum ignis indesciens et cruciatus perpet-  
uus. Maledicti sint in civitate, maledicti in agro.  
Amen. Maledicti sint in dominis, maledicti sint in  
villis. Amen. Maledicti in saltibus, maledicti in aquis.  
Amen. Maledicti sint in viis, maledicti in plateis et  
in omnibus locis. Amen. Nisi correcti existant, mul-  
tiplici maledictione induantur. Amen. A nemine sa-  
cerdotum in articulo mortis visitentur, neque in  
cometeriis Christianorum sepeliantur, sed velut ex-  
davera fetida projiciantur. Amen. Maledicti sint  
horrea eorum, et maledictæ sint reliquæ illorum.  
Amen. Maledicti sint ingredientes et egredientes.  
Amen. Percutiet eos Dominus egestate, febre, et fri-  
gore, et astu, et persecutus donec pereant. Amen.  
Sicut hæc lucerna extinguitur in oculis hominum,  
sic extinguantur lucernæ eorum in perpetuum.  
Amen.

## XVII

**EXCOMMUNICATIO QUAM SUNIARUS , EPISCOPUS  
HELENENSIS, FECIT ADVERSUS INVASORES  
RERUM ECCLESIASTICARUM.**

a Quanvis igitur sint aliqui in cursu hujus declivi  
temporis qui propter desiderium regni cogorum,  
Christo favenie, a noxiis vitiorum sordibus se ab-  
strahant, et ad compunctionem laudabilem assidue  
se provocent, tamen e contra existant plures Eccle-  
sie catholicae inimici, qui instincu diaboli tandem  
se pestilentissimis damnabilis eloacoæ feloribus pre-  
focant quandiu rei et nudi in profundissimis ge-  
bennas flammis æterna damnati morte descendant,  
nil secum præter peccata portantes. Ilujus rei  
causa existant quidam perversores sanctæ matris Ecclesie, qui se fatentur Christianos esse, et non  
sunt, sed sunt synagoga Satanæ, videlicet quia justi-  
tiam Dei deserentes, et suam volentes constitutre,  
justitiam Dei non sunt subjecti; sed substantias san-  
ctiarum Ecclesiarum, ac si immanissimi lupi, rapien-  
tes, corpora et animas suas diabolo tradere non  
dubitavere, irretiti laqueis illius. Quapropter ego  
Suguerius, faveo larga clementia Christi episcopus  
sanctæ sedis Helenensis, excommunico et anathema-  
tizo cum clero mihi commiso tam viros quam mu-  
llieres, tam clericos quam laicos, eos videlicet, et  
Volveradus levita, qui ausi fuerunt irrumpere et  
invadere substantias seu parochias quæ ad sedem  
sanctæ Eulaliae seu dioecesim pertinere videntur,  
que sunt in comitatu Valle Asperi et in comitatu

a Ex chartulario ecclesie Helenensis.

A Confluenti, ita ut excommunicati et abominati per-  
manant et sequestrati a liminibus sanctæ matris Ecclesie, nisi ad satisfactionem et emendationem  
infra istos octo dies venerint, et ecclesias quæ vio-  
lenter rapuerunt ad sedem sanctæ Eulaliae reddide-  
rint, et honorem et debitum et censum qui mihi ex  
ipsis ecclesiis debetur reddiderint. Presbyteros etiam  
ipsarum ecclesiarum, qui baptizare vivos, vel sepe-  
lire mortuos, aut missas canere, vel aliquod sacram  
ministerium in eis extra voluntatem meam facere  
ausi fuerint, simili modo excommunico et anathema-  
tizo, ita ut non habeant licentiam baptizare  
quemquam, vel sepelire, ad missas canere, vel ali-  
quod sacrum ministerium celebrare, usque ad satis-  
factionem et emendationem veniant. Ab hoc igitur  
anathematizationis et excommunicationis vinculo  
excludimus Olibanum comitem et minorem fratrem  
eius episcopum, cœnobium etiam sancti Michaelis  
et omnes habitantes in eo, et cœnobium sanctæ  
Marie in Vale Asperi; ita tamen ut non recipient  
illos, neque habeant cum eis colloquium, aut ullam  
participationem, quos nos excommunicamus. Quod  
si fecerint, in eodem excommunicationis et anathema-  
tizationis vinculo permaneant. Ab hodierna igitur  
die constituius eis terminum usque ad octo dies,  
ut veniant ad satisfactionem, et congrua emenda-  
tionem, omnes qui ecclesias dicæsis sanctæ Eulaliae  
sine voluntate mea, id est, Suguerii episcopi, invadere  
aut tenere præsumperint vel præsumunt, et honorem  
et debitum et censum qui mihi ex ipsis ecclesiis debe-  
tur reddiderint. Sin autem emendare noluerint, oin-  
nes personæ, sive laici, sive presbyteri, sive feminæ,  
qui contra voluntatem meam injuste tenere ecclesias  
et censem earum, sicut Jain diximus, præsumper-  
int, quæ sunt dicæsis sanctæ Eulaliae, vel presby-  
teri qui in eas aliquod sacrum ministerium super  
excommunicationem meam celebrare præsumperint,  
et omnes consentientes et adjutores eorum, sint  
anathema maranatha, et sint excommunicati, et a  
liminibus sanctæ matris Ecclesie expulsi, et a consor-  
tio omnium sanctorum extranei, et a corpore ac  
sanguine Domini nostri Jesu Christi alieni, et a  
consortio Christianæ religionis segregati, nisi ad  
dignum poenitentia atque satisfactionem infra su-  
prascriptum tempus coram Deo et coram me vene-  
rint; cuius vicem veri Pastoris fungimur, quamvis  
indigni. Quem et supplices deprecamur ut oris nostri  
alloquio aurem pietatis accommodauis, quos excom-  
municamus, excommunicet et quos anathematizamus  
anathematizet, unus et verus Deus Dominus noster  
Jesus Christus, qui venturus est judicare vivos et  
mortuos et sæculum per ignem. Amen.

## XVIII.

**EXCOMMUNICATIO QUAM SALLA, EPISCOPUS UR-  
GELLENSIS , FECIT ADVERSUS INVASORES  
RERUM ECCLESIASTICARUM.**

b Universis episcopis circumquaque ubique com-  
manentibus per quadrifida clinata cosvi, Sanlanus,  
Dei gratia humili sanctæ sedis Urgellensis episcopus.  
Gratia vobis et pax a Deo semper multiplicetur. Ve-  
stris auribus, o sanctissimi Patres, nostra lingua ne-  
quit effari nec litteris comprehendri quantas et qua-  
les persecutiones nobis a pravis et perversis homi-  
nibus quotidie inferuntur. Attamen, necessitate co-  
gentie, vel pauca de multis vobis intinare satagimus.  
Anno denique præsenti nonagesimo nonagesimo  
primo trabeationis dominicae emiserunt se viri ini-  
qui ad destruenda ecclesiastica jura, ut evenerent  
animos principum qui videntur terere vel regere  
terras vel comitatos diocesanos ecclesias nostras  
principalis, genitricis videlicet Domini nostri alia  
Marie, cui Deo auctore deservimus. In tantum ex-  
crevit malitia eorum ut ad illorum suasionem comites

b Ex archivo ecclesie Urgelleensis.

vel principes nostri vi auferrent a nobis et ab Ecclesia cui largiente Christo praesidemus, omnes diocesanæ ecclesiæ et omnem censem quod jure episcopali debetur exsolve nobis de duobus comitibus integris, Cerdaniensem acilicet et Berchitanum, nulla culpa super nos existente; sed semper cum humilitate ac satisfactione requivimus eos. Et non solum easdem ecclesiæ suffraganeas abstulerunt, sed insuper ipsæ fruges omnes vel decimas quas præterito anno Dominus ibidem dedit, necnon et nostros ministeriales exinde cum vi expulerunt. Ob id denique obsecramus nimium sanctitatem culminis vestri ut ipsos nefandos homines, qui animos principum vel comitum ad hoc nefas excitariunt, id est, Arnaldum et Radulfum, excommunicare ne differatis, necnon et omnes sequaces eorum, simul et ipsas ecclesiæ omnes cum illorum terminos qui sunt in supradictis comitatibus, ita ut nullus episcopus, nullus presbyter, nullus diaconus, nullus clericus, cujuscunque sit ordinis, audeat ibi ullum ministerium ecclesiasticum facere vel celebrare usque ad legitimam satisfactionem vel emendationem veniant, et ipse episcopatus canonice sit redditus ecclesiæ generali cui a Deo est attributus, et in . . . . . dicti rei de me Sanlane episcopo absolutionem accipiant. Sane ipsam comitissam Ermergards cum filiis et filiis suas ab hac excommunicatione exclaudimus et separamus atque sequestramus; et volumus atque nostra absolute firmamus ut in qualicunque Ecclesia . . . . . comitatibus venerint, licitum sit illis ibidem orare et missas audire et divinum officium celebrare; ipsæque ecclesiæ tandi sint solute quandiu illi comites et illa comitissa intus persistent. Excommunicationem quoque taliter in conspectu vestro volumus fieri sicut subter insertum est, vobis in eadem consentientibus vel subscriptibentibus. Sanctam itaque individuam invocantes Trinitatem, auxilium quoque omnium sanctorum nobis peleentes, exoramus ut Arnaldum et Radulfum, qui animos comitissæ Ermergardi vel animos filiorum illius ad hoc incitarunt ut auferrent episcopatum Cerdaniensem vel episcopatum de Berchitano de jure vel dictione sancte Marie sede Vico vel de potestate Sallani episcopi, et omnibus in hoc errore consentientibus, Dominus sua virtute comprimere eos et brachia illorum alligare dignetur. Sequentes quoque apostolicam sententiam, eos et omnes sequaces eorum a liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ sequestramus, et a corpore et sanguine Domini nostri Iesu Christi separamus, et ab omni consortio sanctæ religionis Christianæ disrumpimus ipsos et omnes quicunque partibus illorum consenserint aut illis adjutoriorum præbuerint. Ab hodierno die et deinceps maledicti et excommunicati permaneant usquequo ad satisfactionem veniant aut venire voluerint. Si quis vero superbus aut contumax huic nostræ definitioni assentire voluerit, vel hanc excommunicationem observare neglexerit, hunc divino zelo accensi cum Juda Domini proditore æterna punitione sub anathematis viuculo, nisi resipuerit, in inferno damnatum contradimus. Qui vero hujus excommunicationis pro Dei timore observator exstiterit, gratiam et misericordiam a Domino nostro Iesu Christo consequatur. Amen. Salla, gratia Dei episcopus Orgellensis, huic statuto nostro, in quo totam causam Dei iudicio commisimus, subscribimus et confirmamus. Aimericus, episcopus Ecclesiæ Ripacuricensis, hanc constitutionem confirmavi atque subscripsi.

## XIX.

## ITEM DE EADEM RE.

\* Orthodoxorum catholicorum Patrum divinitus que inspiratorum canonum promulgavit auctoritas per universas provincias pro ingruentibus ecclesiasticis fluctuationibus ut nullus episcopus, sacer-

A dos, aut aliquis fidelis ordo ecclesiasticus se presumat vindictam exercere in armis carnalibus, nisi tantum in oratione et virtute Spiritus sancti et canonica damnatione feriantur. Quod autem sedes episcoporum et thronos speculationum potestas iudicandi et solvendi atque ligandi a Domino est illis data atque concessa, sicut ipse Salvator in Evangelio ait: *Quicumque ligaveritis super terram, erunt ligati et in celo; et quicumque solteritis super terram, erunt solta et in celo.* Et alibi: *Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Et quorum retinerueritis, retenta sunt.* Ideo ista præcolum, charissimi, ut intelligatis potestatem episcoporum vestrorum, in eisque Deum veneremini, et eos ut animas vestras diligatis, et quibus illi non communicant non communicetis, et quos ejocerint non recipiat. Multum enim timenda est sententia eorum, quia a Domino collata est illis potestas ligandi atque solvendi. Ob hoc igitur ego Salla indignus, non meis meritis, sed nutu Dei episcopes, tanta auditæ sanctorum Patrum canonum instituta, cum consensu et adiutorio domini Vivani Barcinensis episcopi, seu etiam domini Aimerici episcopi, cum canonorum et sacerdotum nostrorum actio et abbatibus vel monachorum suffragia, accessi flamma Spiritus sancti, excommunicamus atque alligamus omnem episcopatum Cerdaniensem vel Berchitanensem ad Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, et omnes ecclesiæ quæ in dictos comitatos sunt, tam præcipuas quam suffraganeas qui infra ejus terminos sunt, ut non habeat ibidem nullum ministerium sacerdotiale factum nisi per nostra absolute aut per nostra propria voluntate de feria tertia post Dominicam primam de Quadragesima in anteus usquequo prædictus episcopatus reditus sit ad sancta Maria et in nostra sit potestate cum ipsis parochias quod nobis abstulerunt vel rapuerunt et cum ipsis oblatos qui exinde exierunt. Verumtamen scitis quia ipsa comitissa domina Ermergards cum filiis et filiis suas nec excommunicamus, nec nullius vinculo canonice damnationis contra eos facimus, sed tantum omnes homines tam clericos quam laicos qui hanc malitiam tractaverunt aduersus sanctæ Dei Ecclesiæ, et consilium dederunt et ipsa comitissa et filios suos de hunc maximum peccatum, et vastatores fuerunt atque raptore et fraudatores vel sacriegi et fures, sicut Juda prodiit. Hos tales præsumptores et ecclesiæ sanctæ Marie raptores, vel suarum facultatum alienatores, excepto ipsa comitissa cum filiis suis, nos supradicti Salla præsul, et Vivas gratia Dei episcopus, et Aimericus episcopus, cum canonorum et sacerdotum nostrorum, sive cum abbatibus vel suffragia monachorum, excommunicamus eos ad Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, et per omnes ordines angelorum et archangelorum et omnes virtutes coelorum, sive per omnes patriarchas et prophetas, et per omnes apostolos et martyres vel confessores, et per omnes sanctos Dei sic eos excommunicamus et anathematizamus atque abominamus et alienamus eos atque abjecimus a liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ, et segregamus eos a corpore et sanguine Domini nostri Iesu Christi et a consortio Christianorum ædilium, usque ad dignam satisfactionem et emendationem veniant ante altare sanctæ Marie sedis Vico et coram Salla episcopo et canonicos ejus; et usque absolutionem habeant de supradicto Salla episcopo, ita permaneant excommunicati et abominati sicut jam supra dictum est in secula saeculorum. Amen.

## XX.

ALIA FORMULA EXCOMMUNICATIONIS, D.VERA  
A SUPERIORIBUS.

Ex auctoritate Dei omnipotentis Patris, et Filii,

\* Ex archivo ecclesiæ Urgellensis.

et Spiritus sancti , et sanctorum canonum , sanctæ que et intemeratae virginis Dei genitricis Maria , atque omnium colestium virtutum, angelorum, archangelorum, ubronorum, dominationum, potestatum, eberubim ac seraphim , et sanctorum patriarcharum, prophetarum, et omnium apostolorum et evangelistarum, et sanctorum Innocentium, qui in conspectu Agni soli digni inventi sunt cantum cantare novum , et sanctorum martyrum , et sanctorum confessorum, et sanctorum virginum , atque omnium simul sanctorum et electorum Dei, excommunicamus et anathematizamus hunc furem, vel hunc malefactorem , et a liminibus sanctæ Dei ecclesias sequestramus , ut eternis suppliciis cruciandis mancipetur cum Dathan et Abiron , et cum his qui dixerunt Domino Deo : *Rerede a nobis, scientiam viarum tuarum noscumus.* Et sicut aqua ignis extinguitur, sic extinguatur lucerna ejus in sæcula sæculorum , nisi resipuerit et ad satisfactionem venerit. Amen. Maledicat illum Deus Pater , qui hominem creavit. Maledicat illum Dei Filius , qui pro homine passus est. Maledicat illum Spiritus sanctus , qui in baptismo effusus est. Maledicat illum sancta crux , quam Christus pro nostra salute hostem triumphans ascendit. Maledicat illum sancta Dei Genitrix et perpetua virgo Maria. Maledicat illum sanctus Michael, anninarum susceptor sanctorum. Maledicant illum omnes angeli et archangeli, principatus et potestates , omnisque militia caelestis exercitus. Maledicat illum patriarcharum et prophetarum laudabilis numerus. Maledicat illum sanctus Joannes præcursor et baptista Christi præcipiens. Maledicat illum sanctus Petrus et sanctus Paulus atque sanctus Andreas , omnesque Christi apostoli, simul et cæteri discipuli , quatuor quoque

A evangelistæ, qui sua prædicatione mundum universum converterunt. Maledicat illum cuneus martyrum et confessorum mirificus , qui Deo bonis operibus placitus inventus est. Maledicant illum sanctorum virginum chori , quæ mundi vana causa honoris Christi responsa contempserunt. Maledicant illum omnes sancti qui ab initio mundi usque in fine sæculi Deo dilecti inveniuntur. Maledicant illum ergli et terra et omnis sancta in eis manentia. Maledictus sit ubiquecunque fuerit , sive in domo , sive in agro, sive in via , sive in semita , sive in silva , sive in aqua , sive in ecclesia. Maledictus sit vivendo , moriendo, manducando, bibendo, esuriendo , sitiendo , jejunoando, dormitando, dormiendo, vigilando, ambulando, stando , sedendo , jacendo , operando, quiescendo, minendo, cacando , flebotomando. Maledictus sit in totis viribus corporis. Maledictus sit intus et exteriuss. Maledictus sit in capillis, maledictus sit in cerebro. Maledictus sit in vertice , in temporibus , in fronte , in auriculis, in superciliis, in oculis, in genis, in maxillis, in naribus, in dentibus mordacibus , in labris sive molibus, in labiis, in gutture , in humeris, in armis, in brachis, in manibus, in digitis , in pectore , in corde , et in omnibus interioribus stomacho tenus , in renibus , in inguinibus , in femore, in genitalibus, in coxis , in genibus , in erubibus , in pedibus , in articulis, et in unguibus. Maledictus sit in totis compaginibus membrorum ; a vertice capitis usque ad plantam pedis non sit in eo sanitas. Maledicat illum Christus Filius Dei vivi toto suo majestatis imperio : et insurgat adversus eum et cum eum omnibus virtutibus quæ in eo moventur , ad damnandum eum, nisi penituerit et ad satisfactionem venerit. Amen. Fiat. fiat. Amen.

## DISSERTATIO DE JUDICIIS DEI , SIVE EXPERIMENTIS VETERUM , AD SCRUTANDUM HOMINUM CRIMEN, SIVE INNOCENTIAM.

[Ex Muratorii Antiq. Ital. medii ævi, tom. III.]

Inter antiquorum ritus qui ad tempora nostra minime penetrarunt, imo jam diu proscripti sunt , Judicia Dei potissimum animadvertere ad eruditiores nostram pertinet. Eo nomine olim significabantur experimenta a Christianis instituta cum invocatione nominis divini, ut si quando objecta aliqui crimina dubia, aut occulta forent, accusationem suam actor, interveniente Deo, probare, aut reus elevere posset. Nimis sibi nullo negotio eorum temporum homines persuadebant Deum scelerum ulorem, innocentie vero patronum, prodigiis quoque, si invocaretur, certaturum pro detegenda veritate, quam pertingere oculi humani acies nequibat. Hoc sensim variis instituti fuere modi, quibus explorari putabatur de controversia criminibus scientia et testificatio Dei. Proinde experimenta hæc appellata fuere Judicia Dei, quasi ad omniscientis judicium controversia deferetur, et inde justa sententia expectanta foret. Purgationes quoque dicebantur, quoties ad ea confugebat accusatus, ut illatum crimen a se removere. Omnia in antiquissima purgatio, neque solum antiqua, sed semper a conciliis et Patribus probata , iusjurandum fui , quod alio nomine sacramentum vocarunt. Ut major in ipso emittendo reverentia foret, illud super sanctorum tumulis atque reliquiis præbere mos olim fuit. Circiter annum Christi 404 sancti Augustini discipulus accusatus a Bonifacio presbytero, crimen in ipsum Bonifacium transtulit. Dubia res erat ; scandali periculum insta-

C bat. Quid hic Augustinus ? « Elegi (ita ille scribit epistola 78 , olim 137) aliiquid medium, ut certo placito se ambo constringeret ad locum sanctum se perrecturos, ubi terribiliora opera Dei non sannin cujuscunq; conscientiam multo facilius aperirent , et ad confessionem vel poena vel timore compellerent , » etc. « Multis notissima est sanctitas loci, ubi beati Felicia Nolensis corpus conditum est : quo volni ut pergerent, quia inde facilius fideliusque scribi potest quidquid in eorum aliquo divinitus fuerit propalatum. » Et sane quam celebris ea tempestate foret sancti Felicia Nolani tumulus, ex bujusmodi etiam miraculis, Natales in ejus honore in conscripti a sancto Paulino (quorum pars a me prium evulgata fuit in tomo primo Anecdotorum) satit produnt. Addit Augustinus : « Nam et nos novimus. Mediolani apud memoriam sanctorum, ubi mirabiliter et terribiliter dæmones conlidentur, sum quendam , qui ad eum locum venerat, ut salsum jurando deciperet, compulsum suis e confiteri fuitum. » Ita Gregorius Magnus, in epistola 33 lib. II, ad Justinum prætorem scribit se in Leone quidem episcopo nullam invenisse culpam ; attamen subdit : « Ne quid videretur omnissum , aut nostro potuisse dubium cordi remanere, ad beati Petri sacratissimum corpus districta eum ex abundanti fecimus sacramenta præbere. Quibus præstis , magna suu exultatione gavisi , quod hujuscenodi experimento innocutia ejus evidenter euertit. » Idem factum a